



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manvale Episcoporum Pro Decretis in  
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

**Gavanti, Bartolommeo**

**Venetiis, 1650**

Ad Lectorem.


**urn:nbn:de:hbz:466:1-9534**

# PRAXIS EXACTISSIMA DIOCESANÆ SYNODI

Cum Theoria Celebrandæ,

IN QVATVOR DISTRIBUTA PARTES.

*In quibus, quid ante Synodum, in Synodo, post Synodum proprijs cum formulis,  
& Doctorum Annotationibus, agendum sit, explicatur.*



## A D L E C T O R E M .



Obiliorem, vtiliorem, iucundiorem haud scio, an habeat Episcopus actionem, si ea rite fit, quam Diocesanam Synodalem nobilior enim ea est, in qua Hierarchia tota, vna simul, effulget Ecclesiastica. Vtilior est, tum Decretorum Sanctione; tum Scrutinio Synodali. Iucundior item ob variis ritus, Apparatum, Sacrificiorum, Processionum, Pre-  
cum, Concionum, Professionis fidei, electionis officialium Cleri, suffragiorum pro Defunctis, Acclamationum, & eiusmodi, quæ omnia quasi sigillo claudit osculum pacis suauissimum. ea igitur Actio negligenda non est, imò exactissimè peragenda. De qua scriplere pauci, & ij vel indicarunt potius, quam pertractarunt; si tractarunt, minus practicè; si practicè, non sine præiudicio sacrorum Rituum. Multa sanè nos dedicimus, experientia comite, in Synodis Spoletana Card. Vicecomitis, in Perusina Comitoli, Derthonensi Dossenæ, Nouariensi Biscapetrij, Laudensi Seghitij, Imolensi Millini, Interamneni Geræ, altera Spoletana Castrucci, altera Perusina altra Comitoli; Neapolitana Card. Boncompagni, Perusina tertia Card. de Torres, & Eugubina Card. Carpini, præclarissimorum Antistitum; quibus affuimus ministri minimi, ut disceremur: vnde collegimus hanc Praxim Breuem, nobis ipsis usui futuram, ut seruiamus aliquando alijs Episcopis. sed et flagitantibus amicis, ad communem utilitatem non potuimus non eam dare publico prelio. Aequo tu animo, benignè Lector, accipe, & Vale.

DE